

gung der Käser gewendet / so hat er gleichwol das Elend solcher Dinge endlich erkannt / und seine vorige Actiones gleichsam widerrufen / und in einem öffentlichen Programmate also geschrieben : Ich trage kein Bedenken ꝛ. Sed aperte falsum hoc esse iudicium patet, (1.) enim in verbis Affelmannianis nihil aliud taxatur, quam abusus studii Theol. Pol., si illud cum neglectu pietatis conjunctum sit, (2.) ex professo *Affelmannus* eöpfe hoc Programmate, quod pro se allegat *Arnoldus*, unde malitiam ejus vel manibus palpate datur, ostendit utilitatem Disputationum & in quavis ferme linea partim suis partim aliorum Theologorum verbis Theologiam pol. multis encomiis ornat atque commendat, quod ex inspectione *Syntagm. Affelm.* P. I. p. 1101. patebit. Vid. Disp. sub Præsidio prælaud. *Dn. D. Fechtii* hab. quæ defensionem *Theol. pol. contra Arnoldum* exhibet, p. 151. f. Nec minus (ut ad merita Nostræ revertamur) operâ sua *Affelmannus* Academiae profuit, FCtis suæ Decanatum gerendo totiusque Universitatis Magistratus munus sustinendo. Rector enim eidem bis præfuit, Anno sc. 1612 & 1618., utraq̃ vice per integrum semestre hybernium. Sed verò diu Rostochiensibus non licuit frui tanto Theologo, qui Anno 1624. 8. Octobr. ætatis 35., cum continuis meditationibus & lucubrationibus, quibus non integro modo die, sed & in profundam usque noctem operam dare consueverat, (quâ adamantinâ diligentia tantam tamque incredibilem linguæ Ebr., quam aliis rebus Theologo itidem scitu necessariisimum intentus, primo nondum exactè callebat, unius mensis spacio notitiam sibi acquisivit, ut mense isto præterlapso hebræam Disputationem eadem lingua haberit, quod ex ore *Dn. D. Seligmanni* refert *Dn. M. Tschanterus* in *Disp. de Eruditis studiorum intemperie mortem sibi accelerantibus*, *Secl. hist. Cap. I. §. II.* Lips. 1704. Præs. de *Fr. Boettnero* habitâ) ventriculi imbecillitatem & phthisin sibi conscivisset, linquere mundum à DEO jussus est. Idque propter haud inconvenienter abs eod. *M. Tschantero* l. c. *Eruditis studiorum intemperie mortem sibi accelerantibus* accensetur. Vitam magni hujus Theologi, quod institutum nostrum neque requirit neque permittit, prolixius describere *Ern. Coccius* in *Orat.* hab. 1625. seorsim excusa & à *Wittenio* *Memoriis Theologorum renovatis* Dec. II. p. 179. ff. inserta, *Freberus* in *Theatro Illustr. Vir.* P. I. p. 422. conf.

conf.